


¶ Sepulchrum Gordiani Aug. inſcriptum fuit apud Circeum Caſtrum variis linguis, literis quidem & Græcis, Latinis, & Perſicis, & Iudaicis, & Aegyptiacis. Epitaphium autem id eſt.

DIVO GORDIANO VICTORI PERSARVM VICTORI GOTTORVM VICTORI SARMATARVM DEPVLSORI ROMANARVM SEDITIONVM VICTORI GERMANORVM SED NON VICTORI PHILIPPI.

¶ Romæ.

CLAVDII CLAVDIANI·
CLAVDIO CLAVDIANO V· C· TRIBVNO ET NOTARIO R INTEE CAETERAS INGENTES ARTES PRE GLORIOSISS· POETARVM LICET AD MEMORIAM SEMPITERNAM CARMINA AB EODEM SCRIPTA SVFFICIANT· ATTAMEN TESTIMONII GRATIA OB IVDICII SVI FIDEM D D. N N. ARCADIVS ET HONORIVS FELICISS. AC DOCTISSIMI IMPP· SENATV PETENTE STATVAM IN FORO DIVI TRAIANI ERIGI COLLOCARIQ· IVSSERVNT.

¶ Romæ in reg. Columnæ.

C. CASSIVS VERECVNDVS FECIT SIBI ET CASSIAE DAMALIDI LIBERTE CARISSIME BENEMERENTI IDEM CONIVGI ET C· CASSIO COTYNO ET CASSIAE MOSCHIDI PARENTIB· SVIS ISDEM PATRON· LIBERTIS C· CASSII LONGINI ET LIBERTIS SVIS LIBERTABVSQ. POSTERISQ· EORVM.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/apian1534/0274
gefördert durch die DFG